





QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI<sup>1773, 27.</sup>  
DE  
**LEGATI HYPOTHECAE  
REI IMMOBILIS VSV HO-  
DIERNO**

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.  
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO

DIE XXVII. FEBR. ANNO CCCCCCLXXXIII.

DEFENDET

**IOANNES GEORGIVS BERNHARDVS  
SCHMIEDT.**

SCHLEVSINGA - FRANCVS.

---

LIPSIAE  
LITERIS RVM PFIIS.

JOHANNES GEORGIAE BERNHARDI

SCHWEDT

SCHEIBENAUINGA - TRAVAGLIA

LEIPSICAE

1746. 1747. 1748.

CHRISTIANO HENRI BREYING

PROLOGUS ET ALLEGORIA ORDINIS GERMANICO

ET SOCIETATIS FILIERI HABITARUM

1740.

IN AUDITORIO PETRINO

C. E. XXVII. 1748. ANNO CCCCCCLXXXVIII

DILEXENDS

LAURENTIUS CORNELIUS BERNHARDI



DE  
LEGATI HYPOTHECAE REI  
IMMOBILIS VSV HODIERNO.



§. I.

Titius, cum in viuis adhuc esset, a Caio suo amico diuersis temporibus pecunias mutuas accepit, quae ad D. Vallenium quantitatem adcreuerant. Dat creditori suo in securitatem debiti chyrographum inque eo terminus solutionis conuentione determinabatur post decennium a dato chyrographo. Primo statim anno Titius morbo correptus vitae finem sentiens, testamentum condit, interque alia legata etiam sic scriptum erat. Meinen Freund Caio vermache ich auch, außer dem ihm bereits hinterlassen . . . wegen seiner an mir habenden Forderung von 500 Rthlr, die er mir nach und nach gelichen, und so nach 10 Jahren sollen wieder bezahlet werden, zu seiner vollkommenen Sicherheit ein Unterpfands Recht auf meinen in R. habenden Bauer-Guthe. Mortuo Titio et testamento a iudice, cui oblatum fuerat, aperto, quaerebatur, an vtile hoc esset legatum, quemque effectum produceret, et an hypothecaria actio ne Caius creditor ex testamenti autoritate agere posset ad possessionem fundi obtinendam. Iam haec examinabimus.

A 2

§. II.

An pignoris vel hypothecae ius ultima voluntate constitui possit, dubium non videtur. Nam VLPIANVS in L. 41. pr. ff. de legat. I. expressè testatur corpora legari omnia et iura et servitutes posse. Cum enim omne, quod mihi in rem aliquam ius competit, ut dominium, ultima voluntate in alteram transferre liceat, quidni etiam transferam ius hypothecae vel pignoris. Et exemplum videtur deprehendi posse apud PAPINIANVM in L. 9. n. de annais legat. Ait: *Fundus, quem paterfamilias libertis legatorum nomine, quae in annos singulis relinquunt, pignus esse voluit: ex causa fideicommissi rei seruandae gratia recte petetur. PAVLVS notat: Hoc admittendum est et in aliis rebus hereditariis: ut et in eas legatarius mittatur.*

## §. III.

Neque dubito, cum adhuc veteri iure diuersa legatorum genera visitata essent, legatum hypothecae ius diuersos producere potuisse effectus. Ipsum ius in rem creditorem factum esse, si per vindicationis formulam constitutum, dubium non videtur, secus si per damnationem legatum, quippe tunc per factum heredis prius illud ius constitendum erat, atque tantum personale ius legitum legatario tribuebat, quo heredem adigeret, ut ex voluntate testatoris illud ius constitueret. At, a quo diuersitates illorum generum legatorum a Iustiniano sublata, facile patet, ipsum ius ex legato iure hypothecae habere potuisse creditorem, atque contra possessorem ex iure in se translatu hypothecae agere statim ad obtinendam possessionem rei hypothecatae in sui crediti securitatem, si haud solueret debitor.

## §. IV.



#### §. IV.


Cum vero nec nostris moribus negari possit, testamento ex peregrino iure recepta esse atque per testamenta iura in alterum titulo legati transferri posse, ita nemo negabit, debitorem in securitatem crediti suo creditor ius hypothecae legare posse. Neque dicendum erit, legatum hoc plane inutile fore, sed videndum est, quem hoc legatum effectum habiturum sit nostris moribus a romanis diuerfis.

#### §. V.

Si de eo, quod in Saxonia valuit iure ante recognitam ordinacionem, quaestio decidenda, distinguendum: an pignore res legata sit, an tantum hypothecae, et amplius, an res mobilis, an immobilis obiectum pignoris vel hypothecae constitutum sit. Puto itaque, in legato pignoris in re mobili statim ex testamento, ius in re transire in creditorem et ad tradendam rem legatarium agere posse contra vel heredem, si possideat, ex testamento, vel tertium possessorem, actione hypothecaria. Argumentum, quo vtor, ex iure dominii transumtum. Nam Iure Electorali nihil mutatum est in materia legati dominii, sed romanum potius ius comprobatum, vi ex CONST. ELECT. XIII. P. III iudico. Nam si dominium rei transit in legatarium rei legatae, quid obstat, quominus de alia specie juris in re, qualis est ius pignoris, idem statuamus, cum lex in ea causa nihil speciale mutauerit.

#### §. VI.

Secus ergo statuendum de iure hypothecae in re immobili per legati modum constituto. Nam constat satis nostro iure nullum ius hypothecae perfecte constitutum esse posse, nisi a iudice confirmata sit illa hypothecae constitutio; concludimus hoc ex autoritate CONST. ELECT. XXIII. P. II. Sed in hoc distinctio legum Saxoniarum



attendi debet. Nam per DECIS. EEECT. LX. conuentione constituta hypothecae non omnis effectus negabatur, sed, si vel praefente notario et testibus, vel etiam sine notario, adhibitis tamen duobus tribusve testibus constituta erat, eidem is effectus tribuebatur, vt creditor ille hypothecarius omnibus chyrographariis anteponetur, si creditorum concursus existeret in bonis debitoris abaerati. Sed quid conuentionalis illa hypotheca ad eam, quae testamento constituta. Argumentor, cum immurauerit Ius Saxonum romana iura intuita hypothecarum in rebus immobilibus constitutarum, easque noluerit ratas esse, nisi autoritate iudicis confirmatas, in testamento vero testes adhibeantur, vt saltem intuitu hypothecae constitutae legataeque tantum valeat, quantum ea quae per instrumentum publicum promissa et constituta; hinc videor a conuentionali ad illam concludi posse. Neque id argumentum, quod supra dedimus in pignore rerum mobilium, hic referendum. Valeret vriique in immobilibus, nisi expressa legis dispositio ad esset, quae effectum negat absque confirmatione iudicis constitutae hypothecae. Haud itaque poterit maiorem habere effectum, quam qui tribuendus conuentionali hypothecae, licet testamento constituta sit.

### §. VII.


Pergimus ad Iura repetitae praelectionis Saxonica, scil. ad ORDINAT. RECOGN. quae *Tr. XLVI. §. 1.* non tantum iura, quae antea obtinebant, confirmat, quod indicant verba: *Diejenigen Creditoren, so eine gerichtl. Special Hypothec, als welche in Zukunft alleine vor beständig zu achten, erlanget, w. sed et omnes effectus conuentionalibus hypothecis, licet coram testibus constitutae*

tae adimit. Verba probant: Und obwohl unsre Gerichts-  
Ordnung 1, T. §. Da auch ein Gläubiger &c. auch denen  
außergerichtlichen Hypothecis, so vor 2 oder 3 Zeugen ver-  
schrieben worden, ein Ius Prioritatis vor denen Chyrogra-  
phariis beygelegt; so soll doch hinsüchro vergleichhen Ver-  
pfändung ganz ohne Würfung seyn. Quid ergo de ea  
sentiamus hypotheca, quae vltima voluntate creditoris consti-  
tuta? Vocabulum, quo usus est Elector: Alleine vor  
beständig, facile causam decidit, atque exakte probat, licet  
illa hypotheca constituta sit, tamen ex testamento solum  
creditorum ius in re nunquam obtinere. Nam si eae tan-  
tum hypothecae ius in re producunt, quae a iudice con-  
firmatae, vel ipsa lege expressa comprobatae, quales tac-  
tae per MANDAT. ELECT. d. A. 1734. reliquae, quae  
vel testamento vel conuentione constituuntur ius in re  
efficere nequeunt.

#### §. VIII.

At quid? si testamentum, in quo hypotheca consti-  
tuta forsitan iudicii oblatum et mortuo testatore ab hoc  
partibus non praesentibus apertum sit: anne tunc forsitan  
illud pignus conualescat? Nego: causa est, quia iudex fidem  
suam addit tantum testamento, ut omnino contra testa-  
menti fidem nemo excipere valeat: Sed nec maiorem  
obligationem ipsi voluntati testatoris addit: Neque cum  
aperit testamentum seu, vt vocant, publicat testatoris vlti-  
mam voluntatam, plus agit, quam quod, quae fuerit volun-  
tas testatoris, praelegendo manifestat, haud vero, quae  
insunt, confirmat. Ex solo ergo eo, quod in iudicio re-  
positum fuerit testamentum confirmatio hypothecae de-  
duci nequit.

#### §. IX.



## §. IX.

Ergo inutile videbitur omne hypothecae legatum? Neque hoc adfirmo. Quamuis enim ius in re nostra non producat, producit tamen vim legati: scil. vt ex eo testamento creditor ius perfectum competat, agere contra heredem ad praestandum legatum. Praefabit vero legatum tunc, si confirmationem per iudicem hypothecae eidem praestet. Agat ergo tantum creditor ex testamento actione personali contra heredem. Sed quid, si fundum testator Titio legauerit, Caio in eo fundo hypothecam constituerit: Non dubito, creditorem agere posse contra legatarium, ad legatum a legatario praestandum, quod novo Iure utique licebat. Legatarius enim, cui fundus legatus est, debet testatoris agnoscere voluntatem, si suum agnouerit legatum. Non ergo experiatur hypothecaria actione creditor prius, quam si eidem a iudice confirmata sit. Qua propter, si heres alienauerit fundum, prius confirmata hypotheca a iudice, haud poterit agere reali actione contra tertium possessorum: sed personali tantum contra heredem, vt legatum praestet, et ni praestet, saltem in id condemnetur, quanti interest, creditorem suam securitatem haud consequi, quam ex testamento consequi debuisset. Non ergo inutile legatum hypothecae videbitur, quamvis ex testamento ius in re haud consequatur.



**ULB Halle**

004 758 501

3



*5b*







QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI

DE

LEGATI HYPOTHECAE  
REI IMMOBILIS VSV HO-  
DIERNO

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBURG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXVII. FEBR. ANNO CCCCCLXXIII.

DEFENDET

IOANNES GEORGIVS BERNHARDVS  
SCHMIEDT.

SCHLEVSINGA - FRANGVS.

---

LIPSIAE  
LITERIS RVMPFIIS.